



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

150. Parabola septima, Margaritæ pretiosæ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

D. N. IESV CHRISTI. 148

quod acceptum mulier abscondit in farinae
fatis tribus, donec fermentatum est totum.
Matth. 13. v. 33. Luc 13. v. 20. & 21.

I. Hæc omnia locutus est Iesus in para-
bolicis ad turbas: & sine parabolicis non loque-
batur eis: ut impleretur, quod dictum erat
per prophetam dicentem: Aperiam in pa-
rabolicis os meum, eructabo abscondita à
constitutione mundi. *Matth. 13. Vers. 34.*
& 35.

III. Et talibus multis parabolicis loque-
batur eis verbum, prout poterant audire:
sine parabola autem non loquebatur eis.
Secorsum autem discipulis suis differebat
omnia. *Marc. 4. v. 33. & 34.*

MEDITATIO CXLIX.

*Parabola VI. Thesauri absconditi
in agro.*

I. SImile est regnum cælorum thesauro ab-
scondito in agro, quem qui invenit ho-
mo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, &
vendit universa, quæ habet, & emit agrum
illum. *Matth. 13. v. 44.*

MEDITATIO CL.

Parabola VII. Margaritæ pretiosæ.

I. Iterum simile est regnum cælorum ho-
mini

mini negotiatori, quærenti bonas margaritas. Inventâ autem unâ pretiosâ margaritâ, abiit, & vendidit omnia, quæ habuit, & emit eam. *Matth. 13. v. 45. & 46.*

MEDITATIO CLI.

Parabola VIII. Sagena missa in mare.

I. Terum simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Quam, cum impleta esset, educentes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. *Matth. 13. v. 47. 48.*

MEDITATIO CLII.

Expositio parabola precedentis,

I. Sic erit in consummatione seculi: exibunt Angeli, & separabunt malos de medio justorum, & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus, & stridor dentium. *Matth. 13. v. 49. 50.*

II. Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno cælorum, similis est homini patri-
fa-